k m electionem propositũ dei maneret: non ex operibus sed ex vocante dictum est ei. Quia maior seruiet minori. Sicut scriptum est. Iacob dilexi: esau aũt odio habui. Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas apud deum? Absit. Moysi enim dicit. Miserebor cui misereor: & misericordiam prestabo cui misertus fuero. Igitur non volentis neq̃ currentis: sed miserentis dei. Dicit enim scriptura pharaoni. Quia in hoc ipsum excitaui te: vt ostendam in te virtutem meam: & vt annũciet nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur: & quem vult indurat. Dices ergo mihi. Quid adhuc conqritur? Voluntati enim eius quis resistit? O homo tu quidem quis es qui respondeas deo? Numquid dicit figmentum figulo. Quare fecisti me sic? Aut non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem: aliud aũt in contumeliam? Quod si volens deus ostendere iram: & notam facere potentiam suam: sustinuit in multa patientia vasa ire aptata in interitum: vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordię: quę ꝑparauit in gloriam. Quos & vocauit nos non solum ex iudeis: sed & ex gentibus. Sicut & in osee dicit. Vocabo non plebem meam plebem meam: & non dilectam dilectam. Et erit in loco vbi dictum est eis. Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filij dei viui. Isaias aũt clamat pro israel. Si fuerit numerus filiorum israel tanquam arena maris: reliquię saluę fient. Verbum enim consummans & breuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet dominus super terram. Et sicut prędixit isaias. Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen: sicut sodoma fuissemus: & sicut gomorra similes facti essemus. Quid ergo dicemus? Quia gentes quę non sectabantur iustitiam: apprehenderunt iustitiam: iustitiam aũt quę ex fide est. Israel aũt sectando legem iustitię: in legem iustitię non peruenit. Quare? Quia non ex fide sed quasi ex operibus legis. Offenderunt enim in lapidem offensionis: sicut scriptum est. Ecce pono in sion lapidem offensionis & petram scandali: & omnis qui credit in eum non confundetur. Fratres voluntas quidem cordis mei & obsecratio ad deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis: quia æmulationem dei habent: sed non secundum scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam: & suam quærentes statuere: iustitię dei non sunt subiecti. Finis enim legis christus: ad iustitiam omni credenti. Moyses enim scripsit quoniam iustitiam quę ex lege est: qui fecerit homo viuet in ea. Quę aũt ex fide est iustitia sic dicit. Ne dixeris in corde tuo: quis ascendet in cęlum? hoc est christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est a mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod prędicamus. Quia si confessus fueris in ore tuo dominum iesum: & in corde tuo credideris quod deus illum suscitauit a mortuis: saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam: ore aũt confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in eum non confundetur. Non enim est distinctio iudei & græci: nam idem dominus omnium: diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunq̃ inuocauerit nomen domini saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo aũt audient sine prædicante? Quomodo aũt prædicabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem: euangelizantium bona? Sed non omnes obedierunt euangelio. Esaias enim dicit. Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus aũt per verbum christi. Sed dico numquid non audierunt? Quidem in omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terrę verba eorum. Sed dico numquid israel non cognouit? Primus moyses dicit. Ego ad emulationem adducam vos in non gentem: in gentem insipientem in iram vos concitabo. Esaias aũt audet & dicit. Inuentus sum a non querentibus me: manifestus factus sum non interrogantibus me. Ad israel aũt dicit. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem mihi. Dico ergo numquid repulit deus populum suum? Absit. Nam & ego israelita sum ex semine abrahę: tribu beniamin. Non repulit deus populum suum quem ꝓgnouit. An nescitis in helia quid dicit scriptura? quomodo interpellat deum aduersus israel dicens. Domine prophetas tuos occiderunt: altaria tua suffoderunt: & ego relictus sum solus: & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem milia virorum qui non curuauerunt genu ante baal. Ita ergo & in hoc tempore reliquię secundum electionem gratię saluę factę sunt. Si aũt gratia: iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quod quęrit israel hoc non est consecutus: electio aũt consecuta est: cęteri aũt excęcati sunt. Sicut scriptum est. Deus dedit eis spiritum compunctionis: oculos vt non videant: & aures vt non audiant usque in hodiernum diem. Et dauid dicit. Fiat mensa eorum in laqueum & in captionem: & in scandalum & in retributionem eis. Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum illorum semper incurua. Dico ergo numquid sic offenderunt vt cadant? Absit. Sed illorum delicto saluatio gentibus: vt illos æmulentur. Quod si delictum illorum diuitię sunt mundi: & diminutio eorum diuitię gentium: quanto magis plenitudo eorum? Vobis aũt dico gentibus. Quamdiu quidem ego sum gentium apostolus: ministerium meum honorificabo. Si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam: & saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi: quæ assumptio nisi vita ex mortuis? Si aũt delibatio sancta est & massa: & si radix sancta & rami. Si aũt quidam ramorum fracti sunt: tu aũt cum oleaster esses insitus es in illis: & socius radicis & pinguedinis olivę factus es: noli gloriari. Non tu radicem portas: sed radix te. Dices ergo. Fracti sunt rami vt ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt: tu aũt fide stas. Noli altum sapere: sed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & severitatem dei: in eos quidem qui ceciderunt severitatem: in te aũt bonitatem dei si permaneas in bonitate. Alioquin & tu excideris. Sed & illi si non permanserint incredulitate: inserentur. Potens enim est deus iterum inserere illos. Nam si tu ex naturali olivastro excisus es: & contra naturam insitus es in bonam olivam: quanto magis hi qui secundum naturam inserentur olivę suę? Non enim volo vos fratres ignorare mysterium hoc: vt non sitis vobismetipsis prudentes: quia cęcitas ex parte contigit in israel donec plenitudo gentium intraret: & sic omnis israel saluus fieret. Sicut scriptum est. Veniet de sion qui eripiat & auertat impietates a iacob: & hęc illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum. Secundum euangelium quidem inimici propter vos: secundum electionem aũt charissimi propter patres. Sine pęnitentia enim sunt dona & vocatio dei. Sicut enim aliquando & vos non credidistis deo: nunc aũt misericordiam consecuti estis propter incredulitatem horum: ita & isti nunc non credunt in vestram misericordiam: vt & ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim deus omnia in incredulitate: vt omnium misereatur. O altitudo diuitiarum sapientię & scientię dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles vię eius. Quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia ipsi gloria in sęcula. Amen. Obsecro itaque vos ego vinctus in domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis: cum omni humilitate & mansuetudine: cum patientia supportantes inuicem in charitate: solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę. Vnus dominus: vna fides: vnum baptisma. Vnus deus & pater omnium: qui est super omnes & per omnia & in omnibus nobis. Vnicuique aũt nostrum data est gratia secundum mensuram donationis christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod aũt ascendit quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrę? Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cęlos: vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos: quosdam aũt prophetas: alios aũt euangelistas: alios aũt pastores & doctores: ad consummationem sanctorum in opus ministerii: in ędificationem corporis christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filii dei in virum perfectum: in mensuram ętatis plenitudinis christi. Vt iam non simus paruuli fluctuantes & circumferamur omni vento doctrinę in nequitia hominum in astutia ad circumuentionem erroris. Veritatem aũt facientes in charitate: crescamus in illo per omnia qui est caput christus. Ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis: secundum operationem in mensuram vnius cuiusque membri: augmentum corporis facit in ędificationem sui in charitate. Hoc ergo dico & testificor in domino: vt iam non ambuletis sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui: tenebris obscuratum habentes intellectum: alienati a vita dei per ignorantiam quę est in illis: propter cęcitatem cordis ipsorum: qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitię in operationem immunditię omnis: in auaritiam. Vos aũt non ita didicistis christum: si tamen illum audiuistis & in ipso edocti estis: sicut est veritas in iesu: deponere vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini aũt spiritu mentis vestrę: & induite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur iam non furetur: magis aũt laboret operando manibus suis quod bonum est vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ędificationem fidei: vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum dei in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Estote aũt inuicem benigni misericordes donantes inuicem sicut & deus in christo donauit vobis. Estote ergo imitatores dei sicut filii charissimi: & ambulate in dilectione sicut & christus dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio aũt & omnis immunditia aut auaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos: aut turpitudo aut stultiloquium aut scurrilitas quę ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes quod omnis fornicator aut immundus aut auarus quod est idolorum seruitus non habet hereditatem in regno christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hęc enim venit ira dei in filios diffidentię. Nolite ergo effici participes eorum. Fuistis enim aliquando tenebrę: nunc aũt lux in domino. Vt filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate probantes quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis aũt & redarguite. Quę enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est & dicere. Omnia aũt quę arguuntur a lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur lumen est. Propter quod dicit. Surge qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit te christus. Videte ergo fratres quomodo caute ambuletis non quasi insipientes: sed vt sapientes redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Propter hoc nolite fieri imprudentes: sed intelligentes quę sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed implemini spiritu sanctificantes vosmetipsos in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus: cantantes & psallentes in cordibus vestris deo patri gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri iesu christi. Subiecti inuicem in timore christi. Mulieres viris suis sicut domino: quoniam vir caput est mulieris. Sicut christus caput est ecclesię: ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite uxores vestras sicut & christus dilexit ecclesiam & seipsum tradidit pro ea: vt illam sanctificaret mundans lauacro aquę in verbo vitę: vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere uxores suas vt corpora sua. Qui suam uxorem diligit seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam sicut & christus ecclesiam: quia membra sumus corporis eius de carne eius & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhęrebit uxori suę: & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est: ego aũt dico in christo & in ecclesia. Verumtamen & vos singuli vnusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor aũt timeat virum. Filii obedite parentibus vestris in domino hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem quod est mandatum primum in promissione. Vt bene sit tibi & sis longęuus super terram. Et patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate eos in disciplina & correptione domini. Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri sicut christo: non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes: sed vt serui christi facientes voluntatem dei ex animo cum bona voluntate seruientes sicut domino & non hominibus: scientes quod unusquisque quodcunq̃ fecerit bonum hoc recipiet a domino siue seruus siue liber. Et vos domini eadem facite illis remittentes minas: scientes quia & illorum & vester dominus est in cęlis: & personarum acceptio non est apud eum. De cętero fratres confortamini in domino & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum: contra spiritalia nequitię in cęlestibus. Propter quod accipite armaturam dei vt possitis resistere in die malo & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate & induti loricam iustitię & calciati pedes in preparationem euangelii pacis: in omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite & gladium spiritus quod est verbum dei per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis & pro me vt detur mihi sermo in aperitione oris mei cum fiducia notum facere mysterium euangelii pro quo legatione fungor in catena: vt in ipso fiducialiter audeam prout oportet me loqui. Vt aũt sciatis & vos quę circa me sunt quid agam omnia vobis notum faciet tychicus charissimus frater & fidelis minister in domino: quem misi ad vos ad hoc ipsum vt cognoscat quę circa nos sunt & consoletur corda vestra: cum omnibus qui diligunt dominum nostrum iesum christum in incorruptione. Gratia vobiscum. Amen.

Ad Philippenses incipit feliciter.

Paulus & timotheus seruus iesu christi omnibus sanctis in christo iesu qui sunt philippis cum episcopis & diaconibus: gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino iesu christo. Gratias ago deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens super communicatione vestra in euangelio a prima die usque nunc: confidens hoc ipsum quod cępit in vobis opus bonum perficere usque in diem christi iesu. Sicut mihi iustum est hoc sentire pro omnibus vobis eo quod habeam vos in corde meo & in vinculis meis & in defensione & confirmatione euangelii socios gaudii mei omnes vestros esse. Testis enim mihi est deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus iesu christi. Et hoc oro vt charitas vestra magis & magis abundet in scientia & in omni sensu: vt probetis potiora vos: vt sinceri sitis & sine offensa in diem christi: repleti fructu iustitię per iesum christum in gloriam & laudem dei. Scire aũt vos volo fratres quia quę circa me sunt magis in profectum euangelii venerunt: ita vt vincula mea manifesta fierent in christo in omni prętorio & in cęteris omnibus: & plures fratres in domino confidentes vinculis meis abundantius audere verbum dei sine timore. Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem: quidam aũt & propter bonam voluntatem christum prędicant. Illi quidem ex contentione christum annũciant non sincere existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enim? dum omni modo sive occasione sive veritate christus annũcietur: in hoc & gaudeo sed & gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proueniet in salutem vestram & vestrum subministrante spiritu iesu christi: secundum exspectationem & spem meam quia in nullo confundar: sed in omni fiducia sicut semper & nunc magnificabitur christus in corpore meo sive per vitam sive per mortem. Mihi enim vivere christus est & mori lucrum. Si aũt vivere in carne hoc mihi fructus operis & quid eligam nescio. Coarctor aũt e duobus desiderium habens dissolui & esse cum christo multo magis melius. Permanere aũt in carne necessarium propter vos. Et hoc confidens scio quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum & gaudium fidei vestrę: vt gloriatio vestra abundet in christo iesu in me per meum adventum. Tantum digne euangelio christi conuersamini: vt sive cum venero & videro vos sive absens audiam de vestris rebus quia statis in uno spiritu unanimes collaborantes fidei euangelii: & nihil terreamini ab aduersariis quę illis causa est interitus: vestra aũt salutis & hoc a deo. Quia vobis donatum est pro christo non solum vt in eum credatis: sed & vt pro illo patiamini: eundem certamen habentes quale vidistis in me & nunc audistis de me. Si qua ergo consolatio in christo si qua consolatio charitatis si qua societas spiritus si quę viscera miserationes: implete gaudium meum vt eadem sapiatis eandem charitatem habentes unanimes idipsum sentientes: nihil per contentionem neque per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes non quę sua singuli considerantes: sed & ea quę aliorum. Hoc enim sentite in vobis quod & in christo iesu: qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem mortem aũt crucis. Propter quod & deus exaltauit illum & donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine iesu omne genu flectatur cęlestium terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur quia dominus iesus christus in gloria est dei patris. Itaque charissimi mei sicut semper obedistis non ut in præsentia mea tantum sed nunc multo magis in absentia mea cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Deus enim est qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. Omnia aũt facite sine murmurationibus & hesitationibus: vt sitis sine crimine & simplices filii dei sine reprehensione in medio nationis prauę & peruersę inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vitę continentes in laudem mihi in die christi quia non in vacuum cucurri neque in vacuum laboraui. Sed & si immolor super sacrificium & obsequium fidei vestrę gaudeo & congaudeo omnibus vobis. Idipsum aũt & vos gaudete & congaudete mihi. Spero aũt in domino iesu timotheum me cito mittere ad vos vt & ego bono animo sim cognitis quę circa vos sunt. Neminem enim habeo tam unanimem qui sincere pro vobis sollicitus sit. Omnes enim quę sua sunt quęrunt non quę iesu christi. Probitatem aũt eius cognoscite quia sicut patri filius mecum seruiuit in euangelio. Hunc quidem spero me mittere statim ut videro quę circa me sunt. Confido aũt in domino quia & ipse cito veniam. Necessarium aũt existimaui epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum vestrum aũt apostolum & qui ministrauit necessitati meę mittere ad vos. Quoniam desiderans vos erat & mœrens propterea quod audieritis eum infirmatum. Nam & infirmatus est usque ad mortem sed deus misertus est eius non solum autem eius sed & mihi ne tristitiam super tristitiam habeam. Festinantius ergo misi eum vt videntes eum iterum gaudeatis & ego sine dolore sim. Excipite ergo illum in domino cum omni gaudio & huiusmodi habete in honore: quia propter opus christi usque ad mortem accessit tradens animam suam vt impleret ea quę ex parte vestra erga me deerant obsequia. De cętero fratres gaudete in domino. Eadem scribere vobis mihi quidem non piget vobis autem cautos facit. Videte canes videte malos operarios videte concisionem. Nos enim sumus circumcisio qui spiritu deo seruimus & gloriamur in christo iesu & non in carne confidentes. Quamquam ego habeam confidentiam & in carne. Si quis alius videtur confidere in carne ego magis. Circumcisione octauo die genus israel tribus beniamin hebreus ex hebreis secundum legem pharisęus secundum æmulatorem persequens ecclesiam secundum legem iustitię qui fuit in lege conuersatus sine querela. Sed quę mihi fuerunt lucra hęc arbitratus sum propter christum detrimentum. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam iesu christi domini mei propter quem omnia detrimentum feci & arbitror ut stercora ut christum lucrifaciam & inueniar in illo non habens meam iustitiam quę ex lege sed eam quę est per fidem christi quę ex deo est iustitia fidei ad cognoscendum illum & virtutem resurrectionis eius & societatem passionum illius configurans morti eius si quo modo occurram ad resurrectionem quę est ex mortuis. Non quod iam acceperim aut iam perfectus sim: sequor aũt si quo modo comprehendam in quo & comprehensus sum a christo iesu. Fratres ego me non arbitror comprehendisse unum aũt quę quidem retro sunt obliuiscens in anteriora me extendens ad destinatum persequor ad bravium supernę vocationis dei in christo iesu. Quicunq̃ ergo perfecti hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis & hoc deus vobis reuelabit. Verumtamen ad quod peruenimus eadem ambulemus regula sapere. Imitatores mei estote fratres & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant quos sępe dicebam vobis nunc aũt & flens dico inimicos crucis christi quorum finis interitus quorum deus venter & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nostra enim conuersatio in cęlis est. Vnde & saluatorem exspectamus dominum nostrum iesum christum qui reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suę secundum operationem qua possit & subiicere sibi omnia. Itaque fratres mei charissimi & desiderati gaudium meum & corona mea sic state in domino charissimi. Euodiam rogo & sinthicen deprecor idipsum sapere in domino. Etiam rogo & te germane compar adiuua illas quę mecum laborauerunt in euangelio cum clemente & cęteris adiutoribus meis quorum nomina sunt in libro vitę. Gaudete in domino semper iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrę innotescant apud deum. Et pax dei quę exsuperat omnem sensum custodiat corda vestra & intelligentias vestras in christo iesu. De cętero fratres quęcunq̃ sunt vera quęcunq̃ pudica quęcunq̃ iusta quęcunq̃ sancta quęcunq̃ amabilia quęcunq̃ bonę famę si qua virtus si qua laus disciplinę hęc cogitate quę & didicistis & accepistis & audistis & vidistis in me hęc agite & deus pacis erit vobiscum. Gauisus sum aũt in domino vehementer quia aliquando tandem refloruistis pro me sapere: in quo & sapiebatis sed occupati eratis. Non quasi propter penuriam dico: ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio & humiliari scio & abundare: ubique & in omnibus institutus sum & saturari & esurire & abundare & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi meę. Scitis aũt & vos philippenses quod in principio euangelii quando profectus sum a macedonia nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dationis & accepti nisi vos soli. Quia & thessalonicam semel & bis in usus meos misistis. Non quia inquiram datum: sed inquiram fructum abundantem in rationem vestram. Habeo aũt omnia & abundo. Repletus sum accepta ab epaphrodito quę a vobis missa sunt odorem suauitatis hostiam acceptabilem placentem deo. Deus aũt meus impleat omnem desiderium vestrum secundum suas diuitias in gloria in christo iesu. Deo aũt & patri nostro gloria in sęcula sęculorum. Amen. Salutate omnem sanctum in christo iesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres. Omnes vos sanctos salutant maxime aũt qui de cesaris domo sunt. Gratia domini nostri iesu christi cum omnibus vobis. Amen.

Ad Colossenses incipit feliciter.

Paulus apostolus iesu christi per voluntatem dei & timotheus frater colossis sanctis & fidelibus fratribus in christo gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino iesu christo. Gratias agimus deo & patri domini nostri iesu christi semper pro vobis orantes: audientes fidem vestram in christo iesu & dilectionem quam habetis in omnes sanctos propter spem quę reposita est vobis in cęlis quam audistis in verbo veritatis euangelii quod peruenit ad vos sicut & in vniuerso mundo est & fructificat & crescit sicut & in vobis ex qua die audistis & cognouistis gratiam dei in veritate. Sicut didicistis ab epaphra charissimo conseruo nostro qui est fidelis pro vobis minister christi qui & manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu. Propter quod & nos ex qua die audiuimus non cessamus pro vobis orantes & postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia & intellectu spirituali: vt ambuletis digne deo per omnia placentes in omni opere bono fructificantes & crescentes in scientia dei in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius in omni patientia & longanimitate cum gaudio gratias agentes patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum & transtulit in regnum filii dilectionis suę in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum. Qui est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creaturę: quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cęlis & in terra visibilia & inuisibilia siue throni siue dominationes siue principatus siue potestates omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Qui est ante omnes & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesię qui est principium primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare & per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius sive quę in terris sive quę in cęlis sunt. Et vos cum essetis aliquando nos alienati & inimici sensu in operibus malis nunc aũt reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere vos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles coram ipso si tamen permanetis in fide fundati & stabiles & immobiles a spe euangelii quod audistis quod prędicatum est in vniuersa creatura quę sub cęlo est cuius factus sum ego paulus minister. Nunc gaudeo in passionibus pro vobis & adimpleo ea quę desunt passionum christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia cuius factus sum ego minister secundum dispensationem dei quę data est mihi in vobis vt impleam verbum dei mysterium quod absconditum fuit a sęculis & generationibus nunc aũt manifestatum est sanctis eius quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gentibus quod est christus in vobis spes gloriæ. Quem nos annũciamus monentes omnem hominem & docentes omnem hominem in omni sapientia vt exhibeamus omnem hominem perfectum in christo iesu in quo & laboro certans secundum operationem eius quę operatur in me in virtute. Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis & pro his qui sunt laodicię & qui non viderunt faciem meam in carne: vt consolentur corda ipsorum instructa in charitate & in omnes divitias plenitudinis intellectus in agnitionem mysterii dei christi in quo sunt omnes thesauri sapientię & scientię absconditi. Hoc aũt dico vt nemo vos decipiat in subtilitate sermonum. Nam & si corpore absens sum sed spiritu vobiscum sum gaudens & videns ordinem vestrum & firmamentum eius quod in christo est fidei vestrę. Sicut ergo accepistis christum iesum dominum in ipso ambulate radicati & superędificati in eo & confirmati in fide sicut didicistis abundantes in illa in gratiarum actione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum secundum elementa mundi & non secundum christum. Quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter & estis in illo repleti qui est caput omnis principatus & potestatis in quo & circumcisi estis circumcisione non manufacta in exspoliatione corporis carnis in circumcisione christi. Consepelientes illi in baptismo in quo & resurrexistis per fidem operationis dei qui suscitauit illum a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis & in præputio carnis vestrę conuiuificauit cum illo donans nobis omnia delicta. Delens quod aduersus nos erat chirographum decretis quod erat contrarium nobis & ipsum tulit de medio affigens illud cruci. Exspolians principatus & potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu aut in parte diei festi aut neomeniæ aut sabbatorum quę sunt umbra futurorum corporis aũt christus. Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum quę non vidit ambulans inaniter sensus carnis suę & non tenens caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministrum capit & compactum crescit in augmentum dei. Si mortui estis cum christo ab elementis mundi quid adhuc tamquam viuentes in mundo decernitis? Ne tetigeris neque gustaueris neque contrectaueris quę sunt omnia in interitu ipso usu secundum præcepta & doctrinas hominum quę sunt rationem quidem habentia sapientię in superstitione & humilitate & non parcendo corpori non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Si ergo consurrexistis cum christo quę sursum sunt quęrite ubi christus est in dextera dei sedens. Quę sursum sapite non quę super terram. Mortui enim estis & vita vestra abscondita est cum christo in deo. Cum christus apparuerit vita vestra tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria. Mortificate ergo membra vestra quę sunt super terram fornicationem immunditiam libidinem concupiscentiam malam & auaritiam quę est simulacrorum seruitus propter quę venit ira dei in filios diffidentię. In quibus & vos ambulastis aliquando cum viueretis in illis. Nunc aũt deponite & vos omnia hęc iracundiam indignationem malitiam blasphemiam turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inuicem exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis & induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creauit eum. Vbi non est gentilis & iudeus circumcisio & præputium barbarus & scytha seruus & liber: sed omnia & in omnibus christus. Induite vos ergo sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordię benignitatem humilitatem modestiam patientiam supportantes inuicem & donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam sicut & dominus donauit nobis ita & vos. Super omnia aũt hęc habete charitatem quod est vinculum perfectionis & pax christi exsultet in cordibus vestris in qua & vocati estis in uno corpore & grati estote. Verbum christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia docentes & commonentes vosmetipsos psalmis hymnis & canticis spiritualibus in gratia cantantes in cordibus vestris deo. Omne quodcunq̃ facitis in verbo aut in opere omnia in nomine domini iesu christi gratias agentes deo & patri per ipsum. Mulieres subditę estote viris vestris sicut oportet in domino. Viri diligite uxores & nolite amari esse ad illas. Filii obedite parentibus per omnia hoc enim placitum est in domino. Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros vt non animentur. Serui obedite per omnia dominis carnalibus non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes: sed in simplicitate cordis timentes deum. Quodcunq̃ facitis ex animo operamini sicut domino & non hominibus scientes quod a domino accipietis retributionem hereditatis. Domino christo seruite. Qui enim facit iniuriam accipiet id quod inique gessit & non est personarum acceptio. Domini quod iustum est & æquum seruis præstate scientes quod & vos habetis dominum in cęlo. Orationi instate vigilantes in ea in gratiarum actione. Orantes simul & pro nobis vt deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium christi propter quod & vinctus sum vt manifestem illud sicut oportet me loqui. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale conditus sit vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere. Quę circa me sunt omnia vobis notum faciet tychicus chariss

Sic scptū ē: Malach. j.a. Oñdit q̄ p̄destinatio nō est ex meritis p̄cedētib⁹ vl̄ cohērētib⁹: qō iā pbauit p exēplū iacob ⁊ esau. Ad idē pbādū iducit auctōritatē Malach. j.a. b Jacob dilexi: dilectiōe p̄destinatiōis. c Esau autē odio habui: odio reprobatiōis. Jacob dilexi. Jacob vocat⁹ vel supplantator. Tales dicūt lucratores vel supplantatores. Tales diligit dñs q̄ supplantāt vitia refutando: ⁊ lucrant reiiciēdo. Ps. Qui mandas salutes iacob: sicut amic⁹ amico. De iacob dicit Osee. xij.a. In vtero supplantauit fratrem suū: ⁊ in fortitudine sua directus est cū angelo: ⁊ ualuit ad angelū ⁊ p̄fortat⁹ fleuit: et rogauit eum: in bethel inuenit eū. Hec tria commandant in eo: q̄ supplātauit fratrē in vtero: qū em̄ ortus est tenuit ipm̄ p pedem manu retardando: quod fit q̄n ratio non permittit motus sensualitatis p̄odire in opus Ecc̄i. xviij. d. Post concupiscētias tuas nō eas. Itē supplantauit qū: vendicauit sibi ius p̄mogenituræ / dādo ei lenticulę edulij: q̄ fit q̄n dat cor pi cib⁹ tm̄ ad necessitatē. Ecc̄i. xxxiij. c. Ei barta ⁊ virga ⁊c. Itē iacob erat lenis ⁊ domi morabat: lenis p māsuetudinē: ⁊ morabat domi p sollicitā suipsi⁹ discussionē: ⁊ ad cor suū reuersionē. Ps. Et i eos q̄ peruertūt ad cor. Sap. vij.a. Intrās in domū meā cōquiescā cū illa. Itē iacob fugit in regionē syrię: q̄ interp̄tat sblimis: qō ē desiderare vl̄ p̄templatiōis eterna. Ait in via obdormiuit somno p̄templatiōis. Cant. v. a. Ego dormio ⁊c. Et excitatus a somno dixit / Gen. xxviij. c. Vere dñs ē in loco isto ⁊ ego nesciebā. Admirat em̄ multū hō de gratuita dei dulcedine. Itē p̄traxit cū duab⁹ vxorib⁹ sororib⁹. Osee. xij. d. Fugit iacob in regionē syrię ⁊ seruiuit israel vxore ⁊ i vxore fuauit: Hęc sūt p̄templatiua: Et actiua ⁊ susceptis exbis multa ple repatriauit: et tunc lucrat⁹ est cū angelo p̄seuerantiā: ⁊ hoc duob⁹ vitijs: de q̄bus Osee. xij. b. Fleuit ⁊ rogauit. Fletus est brachiū extrū: ozo sinistruz. De iacob dicit̄ Sap. x. b. Justū deduxit dñs p vias rectas: p̄dictas scz: et post i monte ondit illi regnū dei: ⁊ dedit illi scientiā sctoꝝ: id ē vt videret eū facie ad faciē. Esau interp̄tat querc⁹: q̄ quercus fert fructū q̄ ē cib⁹ porcoꝝ: Hic fuit hispid⁹ ⁊ venator. Primū cōpert peccatū luxuriā: scōm p̄suetudinē: tertiū p nouoꝝ pctō rū adinuētionē: Hic vēdidit ius p̄mogenituræ p̄ edulio lenticulę / delitias tales eternis p̄ponēdo / nimis tardādo in venatiōe amisit benedictionē: qō fit q̄n q̄s tardat p̄uerti ad deū: ⁊ iō nō iuenit locū pnitētię / vt dī Heb. xij. d. Propt̄ p̄dicta odiuit eū dñs: ⁊ q̄ fratrē odiuit: ⁊ q̄ alienigenis se miscebat / odiebat eū mat̄ sua. Sic christ⁹ vacātes delitijs tpalib⁹ q̄ sūt alienę ab aia. d Quid g̃ dicem⁹? Hic incipit tertia ps capl̄i i q̄ oñdit q̄ etiā ūt alicui bonū ex p̄destinatiōe: nūq̄ tū ie stalicui malū ex vnia reprobatiōe Et obijcit qō sibi obijci posset: Nūq̄d ꝟ Absit: Ecce

neret: nō ex opib⁹: sz ex vocāte dictū est ei: q̄ maior seruiet minori: sicut scriptum. Jacob dilexi: ēsau autē odio habui. Quid ergo dicem⁹? Nūquid iniquitas apud deum?

Rom. 9.a

a
b
c
d

Expositio Ilsmael: nat⁹ reprobat⁹ sit: Gen. xvj. c. Jsaac nat⁹: Gen. xxj Glo. c a. Propter nullū meritū suū vel parētū aliq̄s eligatur: ꝟ sola gr̃a. Cōtra. Aliq̄s pōt mereri alicui p̄mā gr̃az: g̃ eadē rōne pntes possuz mereri primam gr̃am filijs: sic ergo propter patris meritū eligit aliquis. Sol. Electionē p̄destinationis null⁹ potest mereri alij: ꝟ electiōe gr̃e bñ eligit aliq̄s m̄erit⁹ pentū. Vl̄ b etiā dī ō electiōe gr̃e q̄ null⁹ merek eā alij ex p̄digno: ꝟ ex cōgruo. In vtero lucrādo. Gen. xxv. c. Eligēdos: id ē dignos electiōe gr̃e. Ipe fac / nō ex opib⁹ suis bonis: Si ex notat causā efficiētē / vez ē: si finalē / nō. Appositā gr̃a vl̄ sbtracta: g̃ gr̃a sbtracta sit malū: g̃ sbtractio gr̃e ē causa pcti / ꝟ q̄ sbtrahit gr̃am: g̃ ē causa pcti. Sol. Deꝰ nō sbtrahit gr̃am: ꝟ dī sbtrahere q̄ nō p̄seruat eā in hoie cū posset: sbtractio ꝟo gr̃e causa ē pcti p accidēs / nō p se. Proficiet fri suo: Prouerb. xj. d. Qui stult⁹ est / seruiet sapiēti. In Gen. xxv. d. Malachię. j.a. Esau ꝟo sbtracta gr̃a ⁊c g̃ pus fuit sbtractio gr̃e: sed gr̃a nō sbtrahit nisi enti: g̃ esau tūc fuit q̄n fuit sbtracta gr̃a: g̃ iā erat q̄n fuit reprobatus g̃ nō fuit reprobat⁹ ab ętno. Sol. Subtracta fuit in dei p̄scięntia: vl̄ vt reprobatio vocet̄ b subtractio gr̃e: vl̄ sic sbtracta gr̃a fuit reprobatus: id est subtractionem gratię secutus est effect⁹ reprobationis: id est damnatio ętterna. Jam de iudicio dicit: id est explet⁹ meritis eoꝝ p̄mo g̃ in eū solet dari: Ideo g̃ illō Malachię. j.a. Ideo etiā illud Gen. xxv. c. Q̄n̄ illi nascerēt Mā in iacob anteq̄ nat⁹ fuit aliquid boni quidē diligebat nisi gratuitū misericordię suū donū: Licz valet ad g̃stionē illā: vtrū p̄destinat⁹ habeat i se aliq̄d boni / ex eo q̄ est p̄destinat⁹. Ad idē ē q̄ dic̄ Glo. sequēs: in quo ostēdit q̄ in reprobo est aliq̄d mali / q̄re est reprobat⁹: ergo a p̄trarijs vl̄ a simili: ⁊ in p̄destinato est aliq̄d boni q̄re est p̄destinatus. Ad idē sup Joh. j.g. Videbit⁹ ceḷ aptū ⁊c. Glo. Gen. 25.c Mal. 1.a 47. dis. c. quātūlibet Dat⁹ ē ceḷ apiri ⁊ vtrāq̄ naturā i eo: id est i christo p angelos cognoscere q̄ vidisos: id est p̄scitos ec dū essent sub vmbra mortis: si em̄ ibi remanerēt / q̄d p̄fuisset ibi videri: ergo si recta est comparatio / esse p̄destinatum est aliquid bonum. Sol. Cantuarie ꝟ dicebat q̄ aliquod bonum inest alicui ex eo q̄ est p̄destinat⁹. Sed modo dicunt oēs q̄ nihil: Et q̄ dicit q̄ aliq̄d mali inest reprobato ex eo q̄ est reprobat⁹: falsū est: qō patet p iudā / q̄ aliq̄n fuit in charitate: ⁊ tm̄ tūc erat reprobat⁹. Et cōstat q̄ dū erat i charitate / nullū malū erat ei. Ad Glo. Dat⁹ est ceḷ apiri ⁊c. q̄ esse p̄destinatū: qō dicit / nihil dicit i hoie: sed rōne finis p̄destinatiōis qō est bonū recipit cōpatio: sicut quędā sunt callida p se ⁊ fm se: quędā p effectū g̃ q̄tū ad calliditatē possunt recipe cōpationē. Silr hęc rōne boni qō habēt in se cognitio vtriusq̄ nature in christo recipiūt compationē. Jsta duo g̃ dicūt magi: est cognoscere naturā in christo q̄ esse p̄destinatū. Hoc dicit q̄ cū dicit: iste est p̄destinat⁹. Prędestinatio nō dicit aliq̄d bonū in isto qō sit i eo modo: sed cognitio vtriusq̄ nature in christo dicit bonū fidei i hoie p̄sentialiē. Diligebat. Nota q̄ diligere q̄nq̄ ponit̄ p dilectiōe p̄destinationis: q̄nq̄ p dilectiōe gr̃e: similiter p ęterna reprobatiōe: q̄nq̄ p p̄senti abiectiōe. Esau p iusticiā reprobauit: ergo p̄ merita. Sol. Hęc exterminatio p iusticiā pōt exterminare hoc verbū reprobauit in cōpatione quaz habet ad noiatiuū: ⁊ sic vera. Et est sensus. Deus est iustus q̄ reprobauit esau. Vel in cōparatiōe quā habet ad accusatiuū: ⁊ sic falsa. Quia iste est sensus: Jste reprobat iuste: id est ex meritis. Et ponit Cātuarien. exēplū ō iudice: q̄ inocentē q̄ falsis testib⁹ vincit⁹ est / p̄dēnat dicēs: Jste iudicat istū iuste / si ad rē nominatā vera est: q̄ iudex iustus est p̄cedēs fm allegata ⁊ p̄stituta: si ad rē accusatiui facti: q̄ dānat innocēs. Sz ea rōne videt q̄ de⁹ p̄destinat istū p iusticiā. Sol. Prędestinat ⁊ reprobat / includūt in se p̄cipia: Quia sensus est: Deꝰ p̄destinauit: id est p̄uidit ipm̄ habiturū gratiā in p̄senti: ⁊ gl̄iam in futuro: Similit̄ reprobat istū: id ē p̄uidit q̄ male actur⁹ est in p̄senti / dānādus in futuro: ⁊ ideo p iusticiā reprobat istū deus: sed nō est ita in p̄destinato: imo ex sola misericordia eū p̄destinat. Nemo dicat deū q̄ futura opa p̄uidebat alter⁹ elegisse / alter⁹ reprobasse. Verba sūt Aug⁹. cui videt̄ p̄trari⁹ ee Amb. paulo post dicēs. Cui p̄scius erā q̄ mihi misericordiam daturus essē / sciēs illū peruertēdū ⁊ apud me p̄māsuz. Ad idē Gal. j.c. Emulator existēs paternar⁹ traditionū. Ibi Glo. p̄uidit deus eius bonā emulationē: sed nesse scientiam: ⁊ p̄uidit eū idoneū: q̄ qz tā fidel⁹ erat i re minia. Ad idē. Leuit. iij. b. Ego tuli leuitas. Ibi Origen. Exp̄posito cordis qō deo patuit: p̄usq̄ i b mūdo nascerēt / aut aliq̄d boni vl̄ mali egissēt / dictū ē: Jacob dilexi ⁊c. Ad idē sup illō Malach. j.a. Jacob ⁊c. Ibi Aug⁹. Dilectio dei ⁊ odiū ex p̄sciętia nascit futurorū: Et iō dicit Mat. xxv. d. Dedit vnicuiq̄ fm p̄priā virtutē: Ergo fm q̄ p̄uidit quemcunq̄ acturū: ita vnicuiq̄ dedit. Item Origen. sup Numeri. iij. Tūc videbūt occultissima merita p̄destinatiōis ⁊ reprobatiōis. Itē si p̄sens est causa p̄sentis: ⁊ futur⁹ futuri: sz si q̄s p̄us parat se ad gratiā i p̄sēti / dat ei: ergo si in futuro bene vsurus sit gratia dat ei p̄ p̄destinationē. Itē ecclesia ędificat ex mēbris: sed lex mēbroꝝ est: q̄ illud qō min⁹ ē nō dat oibus: vt visus oculoꝝ nō dat alijs mēbris: nec gressus pedū manibus: ⁊ sic de alijs. Eodē modo gratia nō datur omnibus membris sed tm̄ cōgruis / illis scz q̄ bene vsuri sunt ea. Sol. Nō sunt cōtrarij. Aug⁹ ⁊ Amb. Qō dicit Aug⁹. Meo dicat deū ⁊c. Li q̄ notat causā efficiētē: sed si aliq̄d esset causa

a Absit: Ecce rūsio q̄ dic̄ reprobatio nullam necessitatē iſert alicui: ſīc nec p̄ destinatio: qz ipe reprobat⁹ pōt ſaluari: ꝛ iſte p̄ destinat⁹ pōt dānari. Et q̄ vex ſit ꝓbat. Vere nō eſt iniq̄tas apō eū. c Eīm: id ē qz b Moyſi dic̄. Exo.xxxiij.d Miſereboꝛ in futuro: dādo gr̄iam vl̄ gr̄am in p̄ſenti. d Cui miſereoꝛ: id ē miſerēdū p̄uideo q̄ p̄ destinatiōnē: ita nō ex merit⁹.

Al'miſertus ſū Exo.33.d

a Absit. Moyſi eīm dicit: Miſereboꝛ cūi miſereoꝛ: et miſericordiam p̄ſtabo cui miſereꝛ

f boꝛ. Igit nō volētis neq̄ currētis: ſed miſerētis eſt dei. Dicit enim ſcriptura pharaoni:

De.pen.diſ. c.ſi eīm. Aug.

Vel Miſereboꝛ: in futuro dando gr̄iam. Cui miſereoꝛ: hic dādo gratiā ꝛ ſeruādo. e Et miſericordiā: Vel miſit⁹ ero: idē repetit vt magꝭ ꝓfirmet. Mūd iniq̄tas. q.d.nō. Pſ. Dēs viē eius iudicia. Daniel.iij. c. Uiē tuē rectē ꝛc̄. Deut.xxxij.a. Deus fidelis ꝛ abſq̄ vlla iniq̄tate ꝛc̄. Miſereboꝛ. Hoc ē q̄d dr̄ Heb. xj.a. Fide itelligim⁹ eē aptata ſeculā x̄bo dei: ſic̄ liber adaptat exēplari a q̄ extrahit lr̄a: f Igit nō volentis: exā gratia ꝛ gr̄a eſt ex p̄ destinatiōe ſoli⁹ dei: nō ē: ſupple velle bonū. Volentis. Et hoc ꝓbat p auctoꝛitatem Exo.ix.d. qz dictū ē pharaoni: Et qz in hoc ipm ꝛc̄. Nō eſt volentis: ſupple velle gr̄e. Uñ Aug⁹. in dialogo ad Oꝛoſiū. Uiā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri cū dilatasti coꝛ meuꝫ. Niſi dilatatū coꝛ habuiſſet viā dñi minime cucurriſſet. Itē rōnib⁹ patet hoc q̄d dicit. xv. de trinitate xvj.ca. Semper eīm natura minoꝛ eſt faciente a q̄ facta eſt: ergo nulla vis nature pōt i maius eſſe p modū effectui: ſ illō q̄d eſt gratie: ē maiꝰ eo q̄d ē nature: qz ē ꝓpinquꝰ illi q̄d maximū: id ē gr̄ie. Preterea. Nulla creatura pōt ꝓtraſe ꝛ ſup̄ ſe q̄d poteſt gratia q̄ pōt diligere pauperē: qz eſt ꝫ naturā deſtituta et vilitatē: q̄d eſt ꝫ iſtitutā naturā: ergo ꝛc̄. Preterea dicit Pſ. Apud dñm greſſus hoīs dirigetur. Et Hiere.x.d. Scio dñe qz nō eſt hoīs via eiꝰ. ij. Corſ.iij.b. Nō q̄ ſufficiētes ſimꝰ aliq̄d cogitare ꝛc̄. ergo multo fortiꝰ nec facere: Et ꝫ accidit nob: qz vis volēdi eſt in hoīe vulnerata ꝛ claudicat: nec recte pōt ire niſi a dño dirigat. Q̄d ſignificatū eſt Job.xj.f. in hoc q̄ dñs ſuſcitauit laqꝫ: ꝛ victū iuſſit diſſolui. Pſ. Salua aīam meā qz peccaui tibi: Terra nō ꝓfert ex ſe ꝛ p ſe niſi ſpinas et tribulos: Geñ.iij.d. niſi ſeminet: ſic ē de hoīe: niſi deꝰ ſeminet in eo gr̄am nō habet ex ſe niſi peccatū. Niſi dñs reliq̄ſſet nob̄ ſemē quaſi ſodoma fuiſſemus ꝛc̄.

Pſ.24.

Pſ.118.

Pſ.36.

Pſ.40.

Expoſitio Glo. c*

efficiens diuine electionis ꝛ reprobatiōis/illud eſſet maiꝰ deo. Ambr. ꝛo ꝛ Origen. loquūtur de cauſa finali ꝛ motiua: vel q̄ſi motiua. Q̄d dicit ex p̄ſcientia naſcit/li ex notat cauſaꝫ finalē. Ad illō: Uidebunt merita ꝛc̄. ibi ſumit cauſa p effectu: añcedēs p ꝓſequēte: Ad illō: Uniculꝫ vedit ꝛc̄. Vex ē: qz oibꝰ dat dona/etiā reprobis ſine q̄bꝰ eſt ſalꝰ/vt gratiā p̄dicatiōis et huiuſmodi. Al' p̄riā x̄ruē appellat hūilitatē q̄ q̄s habilitat ſe ad gr̄az p̄dicatiōis ꝛ hmōi. Al' p̄riā x̄ruē ſm quā dñs dat gr̄az.

Pſ.80.

Pſ. Aperi os tuū ꝛ iplebo illō. Ad illud: Si p̄ſens ē cauſa p̄ſentis ꝛc̄. Hoc verum eſt in cauſis imediatis q̄ ſūt cauſe per ſe ꝛ ſm ſe: ſ nō eſt verū in cauſa ſine q̄: vt aptio feneſtre eſt cauſa ſine q̄ radi⁹ ſolis nō intrat domū: qz nō eſt cauſa ſm ſe vel p ſe q̄ intret: qz milleſies poſſet aperiri ꝛ nō intraret: ſic ꝛ hic. Ad illō: Uſus nō dak oibꝰ mēbris. Dicitꝰ q̄ nō ē ſile: qz ideo nō dak oibꝰ: qz oīa nō ſūt ꝓgrua ad b ꝛ oibꝰ ꝓgruis dak: ſ oēs ſi vellēt apti eēnt ad gratiā ſi vellēt ſe p̄pare. Illi miſericordiā dabo quē p̄ſcio poſt errorem ꝛ apud me pmāſuꝝ ꝛc̄. g cū iudas nō eēt pmāſurꝰ: videt q̄ vederit dñs cui dādū nō fuit. Sol. Etſi nō pmāſurꝰ erat: tñ gratiā nō reſpuit: imo multa bona fecit ex illa vt p̄dicauit: ꝛ huiuſmodi: ſ itelligēdo p impoſſibile ſi darek gratia rebelli in rebellione pmāſuro: hoc eſſet dare cui nō eſſet dādū. Sz in arbitrio dantis debet eſſe q̄d dak. Contra. Matth. xij.c. Nō ē meū ꝛc̄. Ibi Glo. Regnū celoꝝ nō eſt dātis: ſed accipiētis. Sol. Nō eſt dātis: ſupple tm̄: qz adulto nūq̄ dak niſi cooperek. Q̄d aūt hic dicit in arbitrio dātis eſt: vex ē pncipaliter. Qui acceptа miſericordia. ij. Reg. xij.d. Ad idola que pus dānanerat p̄uerſus: id eſt ad phytoniſſaz. j. Reg. xxviij. a. Querite mihi mulierem habētem phytonem ꝛc̄. Et. j. xxx. b. Moꝛtuus eſt ſaul ꝓpter iniq̄tates ſuas ꝛc̄. Argumentū: q̄ q̄ p̄ſulit phytonē/idolatra eſt. Ex hoc eīm iuſtū eſſe iudiciū p̄ſcie

tie dei etiā nolētib⁹ manifeſtak: id ē declarak. Ex hoc: id eſt ex malis opib⁹: ꝫ mala opa ſua mānifeſtāt iudiciū p̄ſcientie dei ee iuſtū: ſ quō niſi qz ſūt cauſa ꝛ ꝫ merita alicui⁹ ſūt cauſa reprobatiōis ei⁹. Sol. Merita ſūt cauſa declaratiōis: ſ nūq̄ ſūt cauſa reprobatiōis. Et ponit Cātuarien. tale exēplū. Aliq̄s fuit alicui dño: ꝛ dñs nō accipait fuitiū ei⁹ iaio ſuo: ſz ꝓponit eū repellere: nō tñ tūc repellit. Scdo fuit ei ꝛ diſplicz ei: ꝛ tūc expellit eū: ſecūdū fuitiū nō ē cauſa reprobatiōis ſue ſiue expulſiōis: ſ tñ declaratio. A ſimili opera mala reproboꝝ ſunt cauſa declarationis ſue reprobatiōis: nō tñ cauſa reprobatiōis: Nos aūt dicim⁹ vt ſ. Facit nos velle ꝛ currere. Prouerb. iij.b. Currēs offendiculū nō habebis. Et.j. Corſ.ix.d. Oēs q̄dē currūt ꝛc̄. Et nota q̄ velle gratie dicit volent. poſſeſſorie / nō effective. De grauitate gratie: nō eſt ibi de gratuitate vel gratuitate gratuite: q̄d dicit: Nō eſt volētis. Uex eſt de velle meritorio: qz aliꝰ poſſet obiici: qz ex ſola naturali cōpaſſiōe poſſet q̄s dare elemoſynā ꝛ naturali dilectiōe diligere p̄rimū ꝛ etiā deū. O iuliane. Uerba ſunt Aug⁹. Ille iulian⁹ erat de ſecta pelagij/dicētis. Det vitā/det opes/equū mihi aūm ipe pabo. Sūptū ē ō Horatio. A dño greſſus hominis dirigūtur. Prouerb. xvj.b. Unde alibi Apl's ait. j. Corſ. xv. b. Deꝰ eīm eſt q̄ opat. Phil. ij.b. Cui oꝛ ecōtra. i. dici pōt. Ut totū deo dek. i. p̄ncipalitas ei attribuak.

Horatius in epiſtolis

g Dicit enim ſcptura pharaoni. Hec ē q̄rta ps capituli in q̄ oñdit q̄ etſi deꝰ bene vtak malicia hoīs: non tñ ea impertit. Cōtinua. Sup̄ dixit q̄ nō eſt volētis ꝛc̄. Et vere nō eſt volentis. Dicit eīm.

Ad litteram

